



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles**

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

**Höger, Franz**


**Ingolstadij, 1726**

**VD18 90197097**

Festum S. Georgii Mart.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](#)

& opere pacem I. Nam si Cain habuisset pacem in *Corde*, non irruisset in fratre suum. II. Si Absalom pacem habuisset in *Ore*, non impugnasset Patrem. III. Si Judas habuisset pacem in *Opere*, non fugisset ad laqueum. s. Aug. ad Fratres. serm. 2.



## FESTUM S. GEORGII Mart.

**T**HESIS I. *Fortis est ut mors di- Martyrum.*  
lectio. Cant. 8. v. 6. Quando  
res agitur de Professione Fidei, oportet:  
I. Ut Fidelis Loquatur animosè. II.  
Patiatur generosè. III. Moriarur strenue.  
Majestas Imperatoria non fecit obmu-  
tscere Georgium; neque tormento-  
rum varietas timorem incussit; neque  
Blanditiae frangere potuerunt animum,  
qui nec ipsa Mors crudelissima Geor-  
gium superare.

**T**HESIS II. *Labora sicut bonus Miles.*  
Miles Christi. 2. Tim. 2. v. 3. Miles  
D. Christi.

Christi habere debet *Equum bonæ voluntatis, Sellam humilitatis, Stapedes constantiæ, Calcariæ gemini timoris, Frænum temperantiæ, Clypeum fidei, Loricam Justitiæ, Galeam salutis, Lançeam charitatis.* S. Anton. de Padua serm. Dom. 21. post Trinit.

*Martyr.*

**THEISIS III.** *Visi sunt oculis insipientium mori.* Sap. 2. v. 3. I. Martyres Fortunæ bonis nudantur, & Gratia thesauris locupletantur. II. Morte multantur, & immortalitate donantur. III. Ignominia dehonestantur, & honore decorantur. *Vivien in Tertull. Præd.*

**THEISIS IV.** *Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* I. Cor. 13. v. 3. I. Sunt Martyres Dei. II. Sunt Martyres Mundi. III. Sunt Martyres Diaboli. Vide Faber hic Conc. 6. & 7. item Vivien in Tertull. Præd. Martyres Diaboli sunt Ethnici, Hæretici, scelesti Christiani : *Martyres Sæculi* sunt, qui patiuntur pro ambitione & superbia, voluptate, & lascivia, terrena facultate, & opulentia :

*Mart.*

Martyres Dei, quorum fides inconclusa,  
Ipses ardua, charitas perfecta.

THEISIS V. Christo confixus sum Christus  
truci. Galat. 2. v. 19. I. Christus <sup>in Martyr-</sup>  
communicat <sup>ribus.</sup> Martyrum Passionibus.  
II. Martyres communicant Christi Pas-  
sionibus. III. Martyrum Passiones  
eadem velut habentur cum Christi Pas-  
sionibus. Virien.

THEISIS VI. Facies coronas, & Gloria  
pones in capite. Zachar. 6. v. 11. I. Martyrii  
Martyres Christum coronant, nam Chri-  
stus vires subministrat, in illis pugnat,  
per illos vincit, & triumphat. II.  
Martyres Ecclesiam coronant, quia Eccle-  
siam propagarunt, propugnarunt, glo-  
rificarunt. III. Semetipso coronant,  
ut pote quibus corona debetur, quia  
Christus ad eam invitat, tyrannus eam  
procurat, moriendo gloriam acquirunt.  
*Id.*

THEISIS VII. Ut permanerent in Gra-  
zia Dei. Act. 13. v. 23. I. Marty-  
res demonstrarunt Fidem inconcussam.  
II. Spem arduam. III. Charitatem  
perfectam. *Id.*

D 2

THE,

THEISIS VIII. *Quid retribuam domino?* Pl. 115. v. 12. I. Martyres repensarunt I. Christo Dilectionem pro Dilectione. II. Sanguinem pro Sanguine. III. Cicatricem pro Cicatrice. IV. Mortem pro Morte; quantum scilicet potuerunt, non ad patitatem.

*Martyres  
hodierni.* THEISIS IX. *Persequentur vos.* Matth. 10. v. 23. I. Sunt Martyres, qui sub Tyrannis & Barbaris passi fuerunt, hi fuerunt Martyres Priorum Temporum. II. Sunt Martyres, qui a Christianis patiuntur, & hi sunt Martyres Nostri Temporis, qui æquè, si non magis, sensibiliter patiuntur.



## FESTUM SS. APOST. PHILIPPI & JACOBI

*Cœlum.* THEISIS I. *In domo Patris mei.* Joan. 14. v. 2. In cœlo omnia summa sunt, vera sunt, æterna sunt. S. Aug.